

45 erūt, tam facillume patri' pacem in leges conficiet suas.
 etiam haud scio anne uxorem ducat : ac Syro nil gratiae!
 quid hōc autem? senēx exit foras : ego fugio. adhuc 1000
 quod factumst,
 miror non continuo adripi iusse : ad Menedemum hunc
 pergam.
 eūm mihi precatorem paro : senī nostro fidē nil habeo.

SO. Profecto nisi caves tu homo, aliquid gnato conficies
 mali ;
 idque adeo miror, quo modo
 tām ineptum quicquam tibi venire in mentem, mi vir, potue- 1005
 rit.
CH. oh pergin mulier esse? nullamne ego rem umquam in
 vita mea
 5 volui quin tu in ea re mi fueris advorsatrix, Sostrata!
 at si rogem iam quid ęst quod peccem aut quām ōb rem
 hoc facias, nescias ;
 in qua re nunc tam confidenter restas, stulta. *SO.* ego
 nescio ?
CH. ĩmmŏ scis, potius quam quidēm redeat ad integrum 1010
 eadem oratio. *SO.* oh
 iniquos es qui me tacere de re tanta postules.